Prologus in librum tercium.

Credant qui volunt malle me legendo quam legenda dictando laborare. Qui autem hoc nolunt credere experiri vero non possunt et volunt, dent quod legendo vel meis inquisitionibus respondeatur vel interrogationibus aliorum quas pro mea persona quam in servitio christi gero et pro studio quo fidem nostram adversus errorem carnalium et animalium hominum muniri inardesco necesse est me pati: ut videant quam facile ab isto labore me temperem et quanto etiam gaudio stilum possim habere feriatum. Quod si ea que legimus de his rebus sufficienter edita in latino sermone aut non sunt aut non inveniuntur aut certe difficile inveniri queunt, grece autem lingue non sit nobis tantus habitus ut talium rerum libris legendis et intelligendis ullo modo reperiamur idonei, quo genere litterarum ex his que nobis pauca interpretata sunt non dubito cuncta que utiliter queri possumus contineri; fratribus autem non valeam resistere iure quo eis servus factus sum flagitantibus ut eorum in christo laudabilibus studiis lingua ac stilo meo quas bigas in me caritas agitat maxime serviam. Egoque ipse multa que nesciebam scribendo me didicisse confitear: non debet hic labor meus cuiquam pigro aut multum docto videri superfluus: cum multis impigris multisque indoctis inter quos etiam mihi non parva ex parte sit necessarius.

Ex his igitur que ab aliis de hac re scripta legimus plurimum adminiculati et adiuti ea que de trinitate uno summo summeque bono deo pie queri et disseri posse arbitror ipso exhortante querenda atque adiuvante disserenda suscepi: ut si alia non sunt huiusmodi scripta sit quod habeant et legant qui voluerint et valuerint: si autem iam sunt: tanto facilius aliqua inveniant quanto talia plura esse potuerint. Sane cum in omnibus litteris meis non solum pium lectorem sed etiam liberum correctorem desiderem, multo maxime in his ubi ipsa magnitudo questionis utinam tam multos inventores habere posset quam multos contradictores habet. Verumtamen sicut lectorem meum nolo esse mihi deditum: ita correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius quam catholicam fidem: ille se non amet amplius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico: noli meis litteris quasi scripturis canonicis inservire sed in illis et quod non credebas cum inveneris incunctanter crede. In istis autem quod certum non habebas nisi certum intellexeris noli firmiter tenere: ita illi dico: noli meas litteras ex tua opinione vel contentione sed ex divina lectione vel inconcussa ratione corrigere. Si quid in eis veri comprehenderis existendo non est meum: at intelligendo et amando et tuum sit et meum. Si quid autem falsi conviceris errando fuit meum: sed iam cavendo nec tuum sit nec meum. Hinc itaque tertius iste liber sumit exordium quousque

scds peruenerat. Cum enim ad id ventum
esset ut vellemus ostendere non id mino
rem patre filium quia misit ille. hic mis
sus est nec id minorem utrumque spiritum sanctum
quia ab illo et ab illo missus legimus in
ewangelio: suscepimus hoc querere cum illuc
missus sit filius ubi erat quia et huc
mundum venit et in hoc mundo erat cum
illuc etiam spiritus sanctus ubi et ipse erat
quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc
quod continet omnia scientiam habet vocis utrum
propterea missus sit dominus quia ex occulto
in carne natus est et de sinu patris
ad oculos hominis in forma tamquam e
gressus apparuit et id etiam spiritus sanctus
quia et ipse corporali specie quasi co
lumba visus est et linguis divisis ve
lut ignis ut hoc eis fuerit mitti ad
aspectum mortalium in aliqua forma cor
porea de spirituali secreto procedere quod pater
quoniam non fecit tantummodo misisse. non
enim missus esse dictus sit. Deinde
questum est cur et pater non aliquando dictus sit
missus si per illas species corporales que
oculis antiquorum apparuerunt ipse demon
strabatur. Si autem filius tunc demonstra
batur. cur tamen postea missus diceretur cum ple
nitudo temporis venit ut ex femina nas
ceretur quandoquidem et ante mittebatur cum
nullis formis corporaliter appare
bat. Aut si non recte missus diceretur
nisi cum verbum caro factum est: cur spiritus sanctus
missus legatur cuius incarnatio talis
facta est. Si vero per illas antiquas demon
strationes nec pater nec filius sed spiritus sanctus
ostendebatur. cur etiam ipse nunc diceretur
missus. cum illis modis antea mitteretur.
Deinde subdivisimus ut hec diligen
tissime tractarentur. et capitula fecimus
questionem cuius una pars in secundo li
bro explicata est. Due sunt relique de
quibus deinceps disserere proposuimus
Iam enim questum atque tractatum est in illis
antiquis corporalibus formis et visis non
tantummodo patrem nec tantummodo filium nec tantummodo
spiritum sanctum apparuisse: sed aut in
differenter dominum deum qui trinitas ipsa intelli
gitur aut qualibet ex trinitate personam
quam lectionis textus indiciis circumstan
tibus significaret.

Incipit liber tercius beati Augustini episcopi de trinitate. Utrum deus apparuit hominibus an per creaturam. Capitulum primum.

Nunc ergo primum quer
imus quod sequitur. In
secundo loco in illa dis
tributione positum est:
utrum ad hoc opus tantum
modo creatura formata sit. in qua
deus sicut tunc oportuisse iudicavit hu
manis ostenderetur aspectibus. an angeli
qui iam erant. ita mittebantur ut ex per
sona dei loquerentur assumentes corporalem
speciem de creatura corporea in usum minis
terii sui: aut ipsum corpus suum cui non
subduntur sed subditum regunt mutantes
atque vertentes in species quas vellent accom
modatas atque aptas actionibus suis secundum
attributam sibi a creatore potentiam. Qua
parte questionis quantum dominus dederit pertrac
tata postremo erit videndum id quod institu

etiam inquirit utrum filius et spiritus sanctus et
antea mittebantur et si ita est quid inter illam
missionem et eam quam in evangelio legimus
distet an missus non sit aliquis eorum nisi
cum vel filius est ex maria virgine vel cum
spiritus visibili specie sive in columba sive in
igneis linguis apparuit. Sed fateor
excedere vires intentionis mee utrum ange
li manente spirituali sui corporis qualitate
per hanc occultius operantes assumant
ex inferioribus elementis corpulentiori
bus quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem
mutent et vertant in quaslibet species cor
porales etiam ipsas veras sicut aqua vera
in verum vinum conversa est a domino an ipsa
ipsa corpora sua transforment in quod vo
luerint accommodata ad id quod agunt
Sed quodlibet horum sit ad presentem questionem
non pertinet. Et quamvis hec quoniam homo sum
nullo experimento possim comprehendere
sicut angeli qui hec agunt et magis
ista norunt quam ego. novi quemadmodum mutetur
corpus meum in affectum voluntatis mee sive
quod in me sive quod in aliis expertus sum
quod horum tamen ex divinarum scripturarum aucto
ritatibus credam nunc non opus ne cogar
probare et fiat sermo longior de re qua
non indiget presens questio. Illud nunc videndum
est utrum angeli tunc agebant et illas
corporum species apparentes oculis hominum. et
illas voces auribus insonantes. cum ipsa
insensibilis creatura ad nutum servi
ens creatoris in id quod opus erat pro tempore
vertebatur sicut in libro sapientie scriptum est
Creatura enim tibi factori deserviens ex
tenditur in tormentum adversus iniustos
et lenior fit ad benefaciendum his qui
in te confidunt. Propter hoc et tunc in
omnia se transfigurans omnium nutrici gratie
tue deserviebat ad voluntatem horum
qui te desiderabant. Pervenit poten
tia voluntatis dei per creaturam spiritualem
usque ad effectus visibiles atque sensibiles
creature corporalis. Ubi enim non operatur
quod vult dei omnipotentis sapientia que pertendit
a fine usque ad finem fortiter et disponit
omnia suaviter.

De mutatione creature que fuit nutu dei. capitulum xm.

Sed alius est ordo naturalis in
conversione et mutabilitate
corporum. Qui quamvis etiam ipse ad nutum
dei serviat perseverantia tamen consuetudinis
amisit admirationem: sicuti sunt. que vel
brevissimis vel certe non longis intervallis
temporum celo terra marique mutantur
sive nascentibus sive occidentibus rebus:
sive alias aliter atque aliter apparentibus.
Alia vero quamvis ex ipso ordine venientia
tamen propter longiora intervalla temporum
minus usitata que licet multi stupeant
ab inquisitoribus huius seculi comprehensa
sunt: et progressu generationum quo sepius
repetita et a pluribus cognita eo minus
mirati sunt sicuti sunt defectus lumi
num et raro existentes quedam species si
derum et terremotus et monstruosi
partus animantium et quecumque similia: quorum
nihil fit nisi voluntate dei. Sed plerisque
non apparet. Itaque licuit vanitati phi
losophorum etiam causis aliis ea tribuere
vel veris vel proximis tamen omnino videre non

possent superiorem ceteris omnibus uel
causam id est voluntatem dei uel falsam:
et ne ab ipsa questigatione corpora
lium rerum atque motionum uel a sua suspi
tione et errore plantis. Dicam si potero
quoddam exempli gratia quo hec apertiora sint.
Est certe in corpore humano quedam moles
carnis et forme species et ordo distinctioque
membrorum et temperatio valitudinis. Hoc
corpus inspirata regit anima eademque ratio
nalis. Et ideo quamuis mutabilis tamen que possit
illius incommutabilis sapientie particeps esse:
ut sit participatio eius in idipsum.
Sicut in psalmo scriptum est de omnibus sanctis
ex quibus tamquam de lapidibus viuis edifi
catur illa ierusalem mater nostra eterna in celis.
Ita enim canitur. Ierusalem que edificatur ut ci
uitas cuius participatio eius in idipsum.
Idipsum quippe hoc loco illud summum et
incommutabile bonum intelligitur quod deus est
atque sapientia voluntasque ipsius cui cantatur
alio loco. Mutabis et mutabuntur tu
autem idem ipse es.

Quomodo causa actionum voluntas dei fuit. c. 3^m

Constituamus ergo animo talem
sapientem cuius anima rationalis
iam sit particeps incommutabilis eterneque
veritatis quam de omnibus actionibus con
sulat nec aliquid omnino faciat quod non in
ea cognouerit esse faciendum ut ei subditus
eique obtemperans recte faciat. Iste si
consulta summa ratione diuine iustitie quam
in secreto audiret aure cordis sui ea
que sibi iubente in aliquo officio misericordie
corpus labore fatigaret egritudinemque
contraheret consulensque medicos ab
alio diceretur causam morbi esse corporis sic
citatem. ab alio autem humoris inmoderatam
vim. eorum veram causam diceret alter errasset
vterque tamen de primis causis id est de cor
poralibus pronunciasset. At si illius siccitatis
causa quereretur et inueniretur voluntarius
labor iam ventum esset ad superiorem causam
que ab anima proficisceretur ad afficiendum corpus
quod regit. Sed nec ipsa prima esset illa enim
procul dubio superior erat in ipsa incommu
tabili sapientia cui hominis sapientis anima
in caritate seruiens et ineffabiliter iu
benti obediens voluntarium laborem sus
ceperat: ita non nisi voluntas dei causa prima
illius veraciter egritudinis reperiretur. Iam vero
si in illo labore officioso et pio adhibu
isset ille sapiens ministros coelaborantes
secum in opere bono nec tamen eadem voluntate
deo seruientes sed ad carnalium cupi
ditatum suarum mercedem peruenire cupientes
uel incommoda carnalia deuitantes
adhibuisset etiam iumenta si hoc exigeret
illius operis implendi prouisio que utique
irrationabilia essent ~~[illegible]~~ animan
tia nec ideo mouerent membra sub sar
cinis quod aliquid de illo bono opere
cogitarent sed naturali appetitu sue
voluptatis et deuitatione molestie
postremo adhibuisset ipsa etiam corpora
omni sensu carentia que illi operi essent ne
cessaria frumentum scilicet vinum oleum vestem
nummum codicem et siqua huiusmodi. In his certe
omnibus in illo opere versantibus corporibus siue
animatis siue inanimatis quecumque mo
uerentur atterentur reparerentur exterminarentur
reformarentur alio atque alio mo
loris et temporibus affecta mutarentur
num alia esset istorum omnium visibilium et
mutabilium factorum causa nisi illa inuisi
bilis et incommutabilis voluntas dei per

atque iustam sicut sedem sapientie cunctis
vitiis et malis et mutabilibus animis
et postremo corporibus siue que illis inspi
rantur et animantur siue omni sensu ca
rentibus cum premitus videret ipsa bona ani
ma et sancta quam sibi et pium et religiosum ob
sequium subdidisset. Quod ergo de vno
sapiente quamuis adhuc corpus morta
le gestante quamuis ex parte vidente posui
mus exempli gratia hoc de aliqua domo
vbi aliquorum talium societas est hoc de
ciuitate vel etiam de orbe terrarum licet
cogitare si penes sapientes sanctissimeque ac
perfecte deo subditos sit principatus et re
gimen rerum humanarum

De prouidentia dei qua presidet sanctos et angelos. Capitulum iiij.

Sed hoc quia nondum est oportet
enim nos in hac peregrinatione
prius mortaliter exerceri et per vires man
suetudinis et patientie in flagellis e
rudiri ut illam ipsam supernam atque celestem
vnde peregrinamur patriam cogitemus
Illic enim dei voluntas qui facit ange
los suos spiritus et ministros suos ignem
vrentem In spiritibus summa pace
atque amicitia copulatis et in vnam
voluntatem quodam spirituali caritatis
igne conflatis tamquam in excelsa et se
creta sede presidens velud in domo sua
et in templo suo inde se quibusdam
ordinatissimis creature motibus primo
spiritualibus deinde corporalibus per cuncta
diffundit. et utitur omnibus ad incommuta
bile arbitrium sententie sue siue incor
poreis siue corporeis rebus siue ratio
nalibus siue irrationalibus spiritibus siue bo
nis per eius gratiam siue malis per propriam

voluntatem Sed quemadmodum corpora
grossiora et inferiora per subtiliora et
potentiora quodam ordine reguntur
ita omnia corpora per spiritum vite Et spiritus
vite irrationalis per spiritum vite rationalem
Et spiritus vite rationalis desertor atque
peccator per spiritum vite rationalem pium
et iustum et ille per ipsum deum ac sic vni
uersa creatura per creatorem suum ex quo
et per quem et in quo etiam condita atque
instituta. ac per hoc voluntas dei est prima
et summa causa omnium corporalium
specierum atque motionum Nichil enim fit
visibiliter et sensibiliter quod non de in
teriore inuisibili atque intelligibili
aula summi imperatoris aut iubeatur aut
permittatur secundum ineffabilem iustitiam
premiorum atque penarum gratiarum et
retributionum in ista tocius creature
amplissima quadam inmensaque repub
lica Si ergo apostolus paulus quamuis
adhuc portaret sarcinam corporis
quod corrumpitur et aggrauat animam
quamuis adhuc ex parte et atque in enig
mate videret optans dissolui et esse
cum xpo et in semetipso ingemiscens
adoptionem expectans redemptio
nem corporis sui potuit tamen signifi
cando predicare dominum ihesum xpm aliter
per linguam suam aliter per epistolam aliter per
sacramentum corporis et sanguinis eius
nec linguam quippe eius nec membra
nas nec attramentum nec significan
tes sonos editos lingua nec signa
litterarum conscripta pelliculis corpus
xpi et sanguinem dicimus sed illud
tantum quod ex fructibus terre acceptum et

prece mistica consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis dominice passionis quod cum per manus hominum ad illam speciem visibilem perducatur non sanctificatur ut sit tam magnum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei cum hec omnia que per corporales motus illo opere fiunt. Deus operatur movens primitus invisibilia ministrorum sive animas hominum sive occultorum spirituum sibi subditas servitutes. Quid mirum si etiam in creatura celi et terre maris et aeris facit deus que vult sensibilia atque visibilia ad se ipsum in eis sicut oportere ipse novit significandum et demonstrandum. Non ipsa sua qua est apparente substantia que omnino incommutabilis est omnibusque spiritibus quos creavit interius secretiusque sublimior

Quod opere dei omnis creatura administratur. capitulum v.

Nam enim divino opere totam spiritualem corporalemque administrante creaturam omnium annorum certis diebus advocantur aque maris et effunduntur super terre superficiem. Sed cum orante sancto helya fame quia precesserat tam continua et tam longa serenitas ut fame deficerent homines nec ea hora qua ille dei servus oravit aer ipse aliqua humida facie mox future pluvie signa pretulerat. Consecutis tantis et tam velocibus imbribus apparuit vis divina quibus illud dispensabatur dabaturque miraculum. Ita ut deus operatur solempnia fulgura atque tonitrua. Sed quia in monte syna inusitato modo fiebant tonitrua voces que ille non strepitu confuso edebantur sed ex eis quedam signa dari certissimis indiciis apparebat miracula erant. Quis attrahit humorem per radicem vitis ad botrum et vinum facit nisi deus qui et homine plantante et rigante incrementum dat. Sed cum ad nutum domini aqua in vinum inusitata celeritate conversa est etiam stultis fatentibus vis divina declarata est. Quis arbusta fronde ac flore sollempniter vestit nisi deus. Verum cum floruit virga sacerdotis aaron collocuta est quodammodo cum dubitante humanitate divinitas. Et lignis certe omnibus et omnium animalium carnibus gignendis atque formandis communis est terrena materies. Et quis ea facit nisi qui dixit ut hec terra produceret et in eodem verbo suo quo creavit regit et agit. Sed cum eandem materiam ex virga moysi in carnem serpentis proxime ac velociter vertit miraculum fuit rei quidem mutabilis sed tamen inusitata mutatio. Quis autem animat queque viva nascentia nisi qui et illum serpentem ad horam sicut opus erat animavit.

Quod deus omnem creaturam animare demonstratur. capitulum vi.

Et quis reddidit cadaveribus animas suas cum resurgerent mortui nisi qui animat carnes in uteris matrum ut oriantur morituri. Sed cum fiunt illa continuato quasi quodam fluvio labentium manantiumque rerum et ex occulto in promptum et ex prompto in occultum usitato itinere transeuntium naturalia dicuntur. Cum vero admonendis hominibus inusitata mutabilitate ingeruntur magnalia nominantur.

De miraculis que ma

magicis artibz fiunt. Capitulum vij.

Hic video quod infirme
cogitationi possit occurrere: cur
scilz ista miracula etiā magicis artib⁹
fiant. Nam et magi pharaōis simil'
serpentes fecerūt et alia similia. Sz
illud amplius ē admirādū quō ma
gorū illa potentia q̄ serpentes face
potuit vbi ad muscas minutissimas
ventū ē omnino defecit. Sciniphes eñ
muscule sunt breuissime q̄ tercia plaga
superbus egipcioꝝ ꝑpls cedebat. Ibi c'te
deficientes magi dixerūt. Digitus
dei ē hic. Vnde intelligi dat' ne ipōs
quidem trāsgressores angelos et ae
rias potestates in vnā istā caligi
nem tanq̄ᵐ in sui gn̄is carcerē ab
illius sublimis etherie puritatis
habitatiōe detrusas ꝑ quas magice
artes possunt q̄cq̄d possūt vale' ali
quid nisi data desuꝑ potestate.
Dat' autem ad fallendos fallaces
sicut in egiptios et ī ipōs etiā ma
gos data ē ut in eoꝝ spūum sedut
tione vidēnt' admirandi a quib⁹
fiebant a dī veitate dāpnandi vl'
admonendos fideles ne tale aliqd
face ꝑ magno desidēnt. ꝓptea etiā
nobis scriptur(e) autoritate sūt ꝓdi
ta ul' ad exercendā ꝓbandā mani
festandāqz iustoꝝ patientiā. Neqz
enī parua visibiliū miraculorū
potentia iob cuncta q̄ habebat ami
sit et filios et ipsā corporis sanitatē.
Nec iō putandū ē istis trāsgres
soribus angel' ad nutū seruire hāc
visibiliū reꝝ mateiam sed poti⁹
deo a quo hec potestas dat' q̄ᵗtū
in sublimi et spūali sede incōmu
tabil' iudicat. Nā et dāpnatis
iniq̄s etiā in metallo seruiūt aq̄
ignis et t'ra ut faciant inde q̄
uolunt. sed q̄tū sinit'. Nec sane
creatores illi mali angeli dicendi
sunt qz ꝑ illos magi resistentes
famulo dei ranas et serpentes
fecerunt. Nō eñ ipsi creauerūt
eas. Oīm q̄ppe reꝝ q̄ corporalit'
visibilit'qz nascunt'. occulta q̄dā
semiā ī istis corporeis mūdi hui⁹
elemētis latent. Alia sūt eñ hec
iā conspicua ocul' nr̄is ex fructib⁹
et aīantib⁹ alia vō illa occulta is
torū seminū semiā vnde iubēte
creatore ꝓduxit aq̄ prima nata
tilia et volatilia. Terra autē sui
gn̄is prima germiā. et p̄ma sui
gn̄is aīalia. Nec eñ tūc in hu⁹ce
moi fetus ita ꝓducta sūt ut in eis
q̄ ꝓdicta sunt vis illa consūpta
sit. Sz plerūqz desunt congrue tem
ꝑamentoꝝ occasiones quib⁹ erū
pant et spēs suas ꝑagant. Ecce
eñ breuissim⁹ surcul⁹ semen ē.
Nā conuenient' mandatus t're
arborē facit. Hui⁹ āt surculi sbtili⁹
semen aliqd ei⁹dē gn̄is granū ē:
et hoc hucusqz nob' visibile. Iam
vō huius etiā grani semen q̄uis
ocul' vidē nequeam⁹ racione tñ
conicē possum⁹ qz n̄ talis aliq̄
uis esset in istis elementis non
plerūqz nascent' ex t'ra q̄ ibi semiā
ta nō eēnt nec aīalia tā multa
nulla marū feiaꝝ cōmixtione
et

precedente siue in terra siue in aqua
que tamen crescunt et coeundo alia pari
unt cum illis nullis coeuntibus pa
rentibus orta sint. Et tamen apes semina
filiorum non coeundo concipiunt sed
tamquam sparsa per terras ore colligunt.
Invisibilium enim seminum creator ipse
creator est omnium rerum quoniam quecumque nas
cendo ad oculos nostros exeunt. ex oc
cultis seminibus accipiunt progredien
di primordia. et incrementa debite
magnitudinis distinctionesque for
marum ab originalibus tamquam regulis
sumunt. Sicut ergo nec parentes dicimus
creatores hominum. nec agricolas crea
tores frugum quamvis eorum extrinsecus
adhibitis motibus ista creanda dei
virtus interius operetur: ita non solum ma
los sed nec bonos angelos fas est pu
tare creatores. si pro subtilitate sensus
sui et corporis semina rerum istarum nobis
occultiora noverunt et eas per congru
as temperationes elementorum latenter
spargunt: atque ita gignendarum rerum
et accelerandorum incrementorum prebent
occasiones. Sed nec boni hec nisi quantum
deus iubet. nec mali hec iniuste fa
ciunt nisi quantum iuste ipse permittunt.
Nam iniqui malicia voluntatem habet
iniustam suam: potestatem autem non nisi
iuste accipit siue ad suam penam siue
ad aliorum vel penam malorum vel laudem
bonorum. Itaque apostolus paulus discer
nens interius deum creantem atque forman
tem ab operibus creature que admovetur
extrinsecus. et de agricultura simili
tudine assumens ait. Ego plantavi
apollo rigavit sed deus incrementum dedit

Sicut ergo in ipsa vita nostra mentem
iustificando formare non potest nisi deus
predicare autem extrinsecus evangelium et
homines possunt non solum boni per veritatem
sed etiam mali per occasionem: ita creationem
rerum visibilium deus interius operatur. Ex
teriores autem operationes siue bonorum
siue malorum. vel angelorum vel hominum
siue etiam quorumcumque animalium secundum
imperium suum. et a se impertitas distribu
tiones potestatum et appetitiones commo
ditatum ita rerum nature adhibet in qua
creantur omnia quemadmodum terre agricultu
ram. Quapropter ita non possumus dicere
angelos malos magicis artibus evo
catos creatores fuisse ranarum. atque
serpentium. sicut non possumus dicere
homines malos segetis esse creatores quam
per eorum operam video exortam. Sicut nec
iacob creator colorum in pecoribus fuit
quia bibentibus in conceptu matribus
variatas virgas quas intuerentur appo
suit. Sed nec ipse pecudes creatrices
fuerunt varietatis prolis sue. quia in
heserat anime illarum discolor phanta
sia ex contuitu variarum virgarum
per oculos impressa que non potuit nisi corpus
quod sic affecto spiritu animabatur ex compas
sione commixtionis afficere. unde tene
ris fetuum primordiis coloretenus asper
geretur. Ut enim sic ex semetipsis affi
ciantur vel anima ex corpore vel corpus ex
anima congruentie rationes id faciunt que
incommutabiliter vivunt in ipsa summa
dei sapientia quam nulla spatia locorum
capiunt et cum ipsa sit incommutabilis
nichil eorum que vel mutabiliter sunt deserit

quia nichil eorum nisi per ipsam creatur. Ut enim de pecoribus non virge sed pecora nascerentur facit hoc incommutabilis et invisibilis ratio sapiencie dei per quam creata sunt omnia. Ut autem de varietate virgarum pecorum conceptorum color aliquid duceret facit hoc anima gravide pecudis per oculos affecta forinsecus: et intrinsecus secum pro suo modulo formandi regulam trahens quam de intima potentia sui creatoris accepit. Quanta sit vis anime ad afficiendam atque mutandam materiam corporalem, cum tamen creatrix corporis dici non possit, quia omnis causa mutabilis sensibilisque substantie omnisque modus et numerus et pondus eius unde efficitur ut et sit et natura ita vel ita sit ab intelligibili et incommutabili vita que super omnia est existit et pervenit usque ad extrema atque terrena: multus sermo est neque nunc necessarius. Verum propterea factum iacob de pecoribus commemorandum arbitratus sum ut intelligeretur si homo qui virgas illas posuit dici non potest creator colorum in agnis et edis nec ipse matrum anime que conceptam per oculos corporis fantasiam varietatis seminibus carne conceptis quantum natura passa est asperserunt, multo minus dici posse ranarum serpentiumque creatores angelos malos per quos magi pharaonis tunc illa fecerunt.

De causis originalibus quas mundo creator inseruit. cap. viii.

Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere atque administrare creaturam quam qui facit solus creator est deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere: ut tunc vel tunc, sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt sed acceptis opportunitatibus prodeunt. Nam sicut matres gravide sunt fetibus sic ipse mundus gravidus est causis nascentium, que in illo non creantur nisi ab illa summa essentia ubi nec oritur nec moritur aliquid nec incipit esse nec desinit. Adhibere autem forinsecus accidentes causas, que tamen si non sunt naturales tamen secundum naturam adhibentur ut ea que secreto nature sinu abdita continentur erumpant quodammodo et foris creentur explicando mensuras et numeros et pondera sua que in occulto acceperunt ab illo qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit, non solum mali angeli sed etiam mali homines possunt, sicut exemplo agriculture supra docui. Sed ne de animalibus quasi diversa ratio moveat quod habent spiritum vite cum sensu appetendi que secundum naturam sunt vitandique contraria, etiam hic est videre quam multi homines noverint ex quibus herbis aut carnibus aut quarumque rerum quibuslibet succis et humoribus vel ita positis vel ita commixtis vel ita contritis que animalia nasci soleant. Quorum se quis tam demens audeat dicere creatorem? Quid ergo mirum si quemadmodum potest nosse quilibet nequissimus homo unde illi vel illi vermes

musceque nascuntur. ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus elementorum seminibus norunt unde rane serpentesque nascuntur. et hec per certas et notas temperationum opportunitates occultis motibus adhibendo faciunt creari non creant. Sed illa homines que solent ab hominibus fieri non mirantur. Quod si quisquam celeritates incrementorum forte miratur quod illa animantia tam cito facta sunt: attendat quemadmodum ista pro modulo facultatis humane ab hominibus procurentur. Unde enim fit ut eadem corpora citius vermescant estate quam hyeme: citius in calidioribus quam in frigidioribus locis? Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibentur: quanto desunt sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde qualibuscumque angelis vicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format. Nec quisquam hoc potest nisi ille penes quem primitus sunt omnium que sunt mensure numeri et pondera et ipse est unus creator deus ex cuius ineffabili potentatu fit etiam ut quod possent hi angeli si permitterentur ideo non possint quia non permittuntur. Nec enim occurrit alia causa cur non potuerint facere minutissimas muscas qui ranas serpentesque fecerunt nisi quia maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum quod etiam ipsi magi confessi sunt dicentes digitus dei est hic. Quid autem possint per naturam nec possint per prohibitionem et quid per ipsius nature sue conditionis facere non sinantur homini explorare difficile est. immo vero impossibile nisi per illud donum dei quod apostolus commemorat dicens Alii datur diiudicatio spirituum. Novimus enim hominem posse ambulare: et neque hoc posse si non permittatur. volare autem non posse etiam si permittatur. Sic et illi angeli quedam possunt facere si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei: quedam vero non possunt nec si ab eis permittantur quia ille non permittit a quo illis est talis nature modus qui etiam per angelos suos et illa plerumque non permittit que concessit ut possint. Exceptis igitur illis que usitatissimo transcursu temporum in rerum naturali ordine corporaliter fiunt sicut sunt ortus occasusque siderum generationes et mortes animalium seminum et germinum innumerabiles diversitates nebule et nubes nives et pluvie fulgura et tonitrua fulmina et grandines venti et ignes frigus et estus et omnia talia exceptis etiam illis que in eodem ordine sed rara fiunt sicut defectus luminum et species insolite siderum et monstra et terremotus et similia. exceptis ergo istis omnibus quorum quidem prima et summa causa non est nisi voluntas dei. Unde et in psalmo cum quedam huius generis commemorata essent ignis grando nix glacies spiritus tempestatis ne quis ea vel fortuitu vel causis tantummodo corporalibus vel etiam spiritualibus preter voluntatem dei existentibus agi crederet continuo subiecit que faciunt verbum eius.

De significationibus que manifestant voluntatem dei. ca ix

Sed his ut dicere cepi exceptis alia sunt illa que quamvis

ex eadem materia corporali ad aliquid
tamen diuinitus adnunciandum nostris sensibus
admouentur que proprie miracula et signa
dicuntur non tamen in omnibus que nobis a domino deo
annunciantur ipsius dei persona suscipitur
Cum autem suscipitur aliquando deus et angelo
demonstratur aliquando in ea specie que non est
quod angelus quamuis per angelos dispo-
ta ministretur Rursus cum in ea specie susci-
pitur que non est quod angelus aliquando iam
erat ipsum corpus et ad hoc demonstran-
dum in aliquam mutationem assumitur
Aliquando ~~ex~~ ad hoc exoritur et re peracta
rursus absumitur sicut etiam cum homines
annunciant aliquando ex sua persona verba
dei loquuntur sicuti cum premittitur dixit
dominus aut hec dicit dominus aut tale aliquid
aliquando autem nichil tale premittentes
ipsam dei personam in se suscipiunt sicuti est
intellectum dabo tibi et constituam te in
via qua gradieris Sic non solum in dictis
verum etiam in factis dei persona signifi-
canda imponitur prophete ut eam gerat in
misterio prophetie sicuti eius personam ge-
bat qui vestimentum suum diuisit in
duodecim partes et ex eis decem seruo
regis salomonis dedit regi futuro
israel Aliquando etiam res que non erat quod prophe-
tat et erat iam in terrenis rebus in huius-
modi significationem assumpta est sicut
somnio viso euigilans iacob fecit
de lapide quem dormiens habebat ad
caput Aliquando ad hoc fit eadem
species vel aliquando mensura sicut po-
tuit serpens ille eneus exaltatus
in heremo et virge in colubros verse Sic
et possunt et littere vel peracto misterio tran-
sire: sicut panis ad hoc factus in ac-
cipiendo sacramento consumitur Sed

Sed quia hec hominibus nota sunt quia per ho-
mines fiunt honorem tamquam religi-
osa possunt habere stuporem tamquam mira
non possunt Itaque illa que per angelos
fiunt quo difficiliora et ignotiora
eo mirabiliora sunt nobis illis autem
tamquam sue actionis nota atque faci-
les Loquitur ex persona dei angelus
homini dicens Ego sum deus abraham
et deus isaac et deus iacob cum scriptura
predixisset visus est ei angelus domini
loquitur et homo ex persona dei di-
cens Audi populus meus et loquar israel et
testificabor tibi deus deus tuus ego sum
Assumpta est virga ad significationem
et in serpentem angelica
mutata est cuius facultas cum desit
homini assumptus est tamen et ab homine la-
pis ad talem aliquam significationem
Inter factum angeli et factum hominis plu-
rimum distat Illud mirandum est
et intelligendum hoc autem tantummodo intel-
ligendum est Quod ex utroque intelligitur
fortassis unum est At illa ex quibus
intelligitur diuersa sunt: tamquam si
domini nomen et auro et atramento
scribatur Illud est preciosius illud vi-
lius quod tamen utroque significatur id ipsum
est Et quamuis idem significauerit serpens
ex virga moysi quod lapis iacob me-
lius tamen lapis iacob aliquid quam ser-
pentes magorum Nam sicut unctio
lapidis xpm in carne in qua unctus
est oleo exultationis pre participibus
suis ita virga moysi conuersa in ser-
pentem ipsum xpm factum obedientem
usque ad mortem crucis Unde ait
Sicut exaltauit moyses serpentem
in heremo sic oportet exaltari filium

hominis ut omnis

hoīs ut omīs qui credit in eū non
peat sed habeat vitam vitā etiā:
sicut intuentes illū serpentē exal
tatū in heremo serpentū morsib9
nō pibant. Vetus enī hō nr̄ cōfix9
ē cruci cū illo. ut euacuaret corp9
pcti. p serpentem aūt mors itelligit
q̄ fca ē a serpente in padiso mō
locutiōis p serpentē efficientē id
qd efficit. Demonstrante ergo vga
in serpentē xp̄m in morte. Et ip̄es
rursus in vga xp̄s in resurrectioe
totus cū corpe suo qd ē etiā qd ī fīe
tempis erit q̄ serpentis cauda sigt
quā moyses tenuit ut rediget in v
gam. Serpentes aūt magoꝝ tanq̄
mortui scli nisi credentes ī xp̄m tāq̄
q̄ deuorati in corp9 e9 intuerint r
surgē in illo nō poterunt. lapis gͦ
ut dixi iacob melius aliqd signifi
cauit q̄ serpentes magoꝝ. At enī
fcm̄ magoꝝ multo mirabilius. Vez
her ita nō p̄iudicat rebus itellige
dis tanq̄ si homīs nomē scribat
auro et dei attramēto. Illas etiā
nubes et ignes quos fecerint uel
assūpserint angeli ad sigficandū
qd ānuntiabant. etiā si dn̄s uel
sps scs illis corpalib9 formis ostē
debat quis nouit hominū. Si
cut infantes nō nouerunt qd in
altario ponit et pacta pietatis
celebratione cōsumit vnde uel quō
conficiat vnde in vsū religiōis as
sumat et si nūq̄ discant expimēto
vl suo ul alioꝝ et nūq̄ illā spēz
reꝝ videant. n̄ int' celebratione
sacmentorū cū offerunt ⁊ dātur
dicat q illis autoitate grauissima

cui9 corpus et sanguis. nichil aliud
credūt nisi oīno in illa spē dn̄m
ocul' apparuisse mortaliū ⁊ de late
tali pcusso liquorē illū ois fluxisse:
michi aūt valde ē ut meminerī viriū
meaꝝ fres q meos admoneā ut
et ipi meminerīt suaꝝ ne ult q̄
tutū ē huāna pgrediat ifirmitas
Queadmodū eīm hec faciat āgeli ul
potius deus quēadmodū hec faciat p
angelos suos et q̄tū fieri velit etiā
p angelos suos siue sinendo siue iu
bendo siue ~~cogitando~~ cogendo ex
occulta sede altissimi ipiꝰ sui nec ocu
loꝝ acie penetrare nec fiducia rōnis
enucleare nec pfectu mentis cōprehē
dē valeo: ut tam certꝰ hinc loqr ad
oīa q̄ requiri de his reb9 possit. quā
si eem angel9 aut ppheta aut aplūs. Co
gitationes eīm mortaliū timide ⁊
incerte puidentie nrē. Corpus eīm qd
corrumpit aggrauat aīaz et dep
mit terrena inhabitatio multa cogi
tantē: et difficile estimam9 q̄ in terra
sunt. et q̄ in pspectu sūt īuenim9
cū labore. Que aūt in cel' sunt qs i
uestigauit. Vbi qr sequit et dicit. Sē
sum vō tuū qs sciet. nisi tu dederis sa
pientiā et miseris scm̄ spm̄ tuum
de altissimis. Que in celis sunt
quidē nō inuestigam9 quo ref gnē
et corpa angelica scdm quādam digni
tatem et eoꝝ quādam corpal' actio
continet. scdm spm̄ tm̄ dei missum
nobis de altissimis et īptitā eius
grām mentib9 nr̄is audeo fiducialit
dicē nec deū prēz nec vbū ei9 nec spm̄

spm̄ scm̄ q̊d deus vn̄ ē ꝑ id q̊d ē atꝫ id
ipm̄ ē vllomō ēē mutabilem atꝫ ꝑ h̄
multo min⁹ visibilē: q̊niā sunt q̄
dam ꝯuis mutabilia nō tn̄ visibi
lia sicut nostre cogitatiōes ⁊ meōre
et volūtates et oīs incorporea crea
tura. Visibile aūt quitꝙ̄ nō ē q̊d nō
sit mutabile

Q̄ eēntia trinitatis nūq̄ᵃ apparuit hoīb;. ca^m x.

Quapropter substantia uel si meli⁹
dicitᵘʳ eēntia dī vbi p modu
lo nr̄o ex quātulacūqꝫ ꝑticula itel
ligim⁹ patrē et filiū et spm̄ scm̄ qn̄
quidem nullo mō mutabil' ē. nullo
mō pt̄ ipsa ꝑ semetipaꝫ ēē visibil'
Proinde illa oīa q̄ patrib⁹ visa sunt
cū dō̊ illa ſm̄ suā dispensatiōeꝫ ill'
tempꝰib⁹ congruā p̄sentaret ꝑ crea
turā fcā̄ ēē manifestū ē et si nos la
tet quomō ea mīstris angelis fecit
ꝑ angelos tn̄ ēē fcām̄ nō ex nr̄o sen
su dicim⁹ ne cuiquā videamᶻ plus
sapeꝛ q̄ꝫ oportet sapeꝛ sed sapiam⁹
ad temperantiā sicut nob̊ deus
partit⁹ ē mensurā fidei et credim⁹
ꝑpt̊ q̊d et loquimur. Extat enī
autoritas diuinaꝝ scꝑturaꝝ vnde
mēs nr̄a deuiar̊e nō debꝫ. nᶜ relicto
solidamento diui eloquij ꝑ suspi
tionū suaꝝ abrupta p̄cipitari. ubi
nᶜ sensus corꝑis regit nᶜ ꝑspicua
rō veritatis elucet. Aptissime q̄ꝑpe
scꝑtū ē ī epistola ad hebreos. cū dis
pensatio noui testamēti a dispē
satiōē veteris testamēti ſm̄ congruē^{cia}

seculoꝝ ac tempꝰum distingueretᶻ nō tn̄
illa visibilia sed ipm̄ etiā sermonē
ꝑ angelos fcm̄. Sic enī dicit. Ad quē
angelorū dixit aliqn̄ sede ad dexte
ram meā quoadusqꝫ ponā inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ. Nōne oēs
sunt mīstri sp̄s administratiōeꝫ missi
ꝑpt̊ eos qui futuri hēditatē sᵗ possi
dē salutē. Hinc ostendit illa oīa non
solū ꝑ angelos fcā sed etiā ꝑpt̊ nos:
id ē ꝑplm̄ dei. cui ꝑmittitᶻ hēditas vi
te eťne. Sicut ad corinthios etiā scꝑ
tū ē oīa aūt h̄ in figura cōtingebat
illis scꝑta sunt autē ad correptiōēm
nr̄aꝫ in quos fines seculoꝝ deuenerⁱt
Deinde qꝫ tunc ꝑ angelos nūc autē
ꝑ filiū sermo fc̄s ē consequētᶻ apteqꝫ
demonstrās. ꝑpterea inqt habūdāci⁹
oportꝫ attendē nos ea q̄ audiuim⁹
ne forte defluam⁹. Si enī qui ꝑ āge
los dict⁹ ē sermo. fc̄s ē firm⁹. ⁊ oīs
p̄uaricatio et inobedientia iustā ac
cepit mercedē retributiōēm quō
nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹
salutem: Et quasi q̄reres quā sa
lutē ut ostenderet se de nouo testam
to iā dicē. id ē sermonē qui nō ꝑ
angelos sed ꝑ dn̄ꝫ fc̄s ē q̄ cū initium
accepisset inquit. ut enarrareturᶻ ꝑ
dnm̄ ab his q̊ audierunt. ī nos cō
firmata ē ꝯattestante dō signis
et portentis ostentis et varijs vⁱrtu
tib⁹ et sp̄s scī̄ diuisiōib⁹ ſm̄ suā vo
luntatem. Sꝫ ait aliqs̊. Cur ergo
scꝑtū ē dixit dn̄s ad moysen. et
nō potius dixit āgel⁹ ad moysen
Quia cū v̄ba iudicis p̄co ꝓnūciat nᵒ
scribitᵘʳ in gestis ille p̄co dixit sed ille
iudex. Sic etiā loquēte ꝓpheta si di

tamquam propheta dixit nichil aliud quam propheta dixisse intelligamus dominum dixisse volumus intelligi. Et si dicamus dominus dixit prophetam non subtrahimus sed quod per eum dixerit admonemus. Et illa quidem scriptura sepe aperit angelum esse deum quo loquente identidem dicitur dominus dixit sicut iam demonstravimus. Sed propter eos qui cum scriptura illic angelum nominat ipsum per semetipsum filium dei voluit intelligi quem propter annuntiationem patris ac sue voluntatis prophetam dictum esse angelum propterea volui ex hac epistola manifestius testimonium dare ubi non dictum est per angelum sed per angelos. Scriptura et stephanus in actibus apostolorum eo modo narrat hec quo etiam in veteribus libris conscripta sunt. Viri fratres et patres inquit audite. Deus glorie apparuit abrahe patri nostro cum esset in mesopotamia. Ne quis autem arbitraretur tunc deum glorie per id quod in seipso est cuiusquam oculis apparuisse mortalium in consequentibus dicit quod moysi angelus apparuerit. Fugit inquit moyses in verbo isto et fuit inquilinus in terra madian ubi genuit filios duos. Et completis illic annis xl apparuit illi in deserto montis syna angelus domini in flamma ignis in rubo. Moyses autem videns mirabatur visum. Cui cum accederet considerare facta est vox domini ad eum dicens. Ego sum deus patrum tuorum deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Tremefactus autem moyses non audebat considerare. Dixit autem illi dominus. Solve calciamenta pedum tuorum et cetera.

Hic certe et angelum et dominum dicit eundemque deum abraham et deum ysaac et deum iacob sicut in genesi scriptum est. Aut forte quisquam dicturus est quod moysi per angelum apparuit dominus abrahe vero per semetipsum. At hoc a stephano non queramus ipsum librum interrogemus unde stephanus ista narravit. Numquid quia scriptum est et dixit dominus deus ad abraham et paulo post et visus est dominus deus abrahe propterea ista non per angelos facta sunt. cum alio loco similiter dicat. Visus est autem ei et deus ad ylice mambre sedente ei ad ostium tabernaculi sui meridie et tamen consequenter adiungat respiciens autem oculis suis vidit et ecce tres viri stabant super eum de quibus iam diximus. Quomodo enim poterunt isti qui vel a verbis ad intellectum volunt assurgere vel facile se ab intellectu in verba precipitant quomodo poterunt explicare visum esse deum in viris tribus nisi eos sicut etiam consequentia docet angelos fuisse fateantur. An quia non dictum est angelus ei locutus est vel apparuit propterea dicere audebunt moysi quidem illam visionem ac vocem per angelum factam quia ita scriptum est abrahe autem quia commemoratio angeli facta non est per substantiam suam deum apparuisse atque sonuisse. Quid quod nec apud abraham de angelo tacitum est. Nam ita legitur cum immolandus eius filius peteretur. Et factum est post hec verba temptavit deus abraham et dixit ad eum abraham abraham. Et ille dixit. Ecce ego domine. Et dixit ei accipe filium tuum dilectum quem diligis ysaac et vade in terram excelsam et offeres eum ibi in holocaustum super unum montium quem dixero tibi

Certe hic deus non angelus commemoratus
est. Paulopost vero ita se habet scriptura:
Extendens autem abraham manum suam
sumpsit gladium ut occideret filium
suum et vocavit eum angelus domini de
celo et dixit ei: Abraham abraham.
Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Non inicias
manum tuam super puerum neque facias
ei quicquam. Quid ad hec respondetur?
An dicturi sunt deum iussisse ut occi
deret ysaac. et angelum prohibuisse: porro
ipsum patrem adversus dei preceptum
qui iusserat ut occideret obtemperasse
angelo ut parceret? Ridendus et abi
ciendus est hic sensus. Sed nec hunc tam
crasso et abiecto illum locum esse scriptura
permittit continuo subiungens: Nunc
autem cognovi quia tu times deum et non
pepercisti filio tuo dilecto propter me. Quid
est propter me nisi propter eum qui occidi ius
serat? Idem igitur deus abrahe qui angelus
an potius per angelum deus? Attende sequen
tia. Certe hic angelus iam manifestissime
expressus est. Attende tamen quid contexat:
Respiciens abraham oculis suis vidit
et ecce aries unus tenebatur in arbore
sabech cornibus. Et abiit abraham
et accepit arietem et obtulit eum
in holocaustum pro ysaac filio suo
et cognominavit abraham nomen loci
illius dominus vidit. ut dicant hodie
quod in monte dominus visus est. Sicut pau
lo ante quod dixit deus per angelum: Nunc
etiam cognovi quia times deum. non quia
tunc deus cognovisse intelligendus est
sed egisse ut per deum ipse abraham cog
nosceret quantas haberet vires cordis
ad obediendum deo usque ad ymolationem

unici filii illo modo locutionis quo
significatur per efficientem id quod effi
citur sicut dicitur frigus pigrum quod pigros
facit ut ideo cognovisse diceretur quia ipsum
abraham cognoscere fecerat. quem po
terat latere fidei sue firmitas nisi ta
li experimento probaretur: ita et hic cog
nominavit abraham nomen loci illius
dominus vidit. id est quod videri se fecit. Itaque
continuo secutus ait. ut dicant hodie
quod in monte dominus visus est. Ecce idem
angelus dominus dicitur. Quare: nisi quia per an
gelum dominus? Iam vero in eo quod sequitur prophe
tice omnino angelus loquitur. et prorsus
aperit quod per angelum deus loquatur.
Et vocavit inquit angelus domini abra
ham iterum de celo dicens: Per memetipsum
iuravi dicit dominus propter quod fecisti hoc
verbum et non pepercisti filio tuo dilecto
propter me etc. Hec certe verba ut dicat
ille per quem loquitur dominus hec dicit dominus etiam
prophete solent habere. An filius dei de
patre ait dicit dominus et ipse est ille angelus
patris? Quid ergo de illis tribus vi
ris nonne respiciunt quid urgeant
qui visi sunt abrahe cum predictum esset
visus est ei dominus? An quia viri dicti sunt
non erant angeli? Danielem legant
dicentem: ecce vir gabriel. Sed quid
ultra differimus. ora eorum evidentissimo
atque gravissimo alio documento oppi
lare ubi non angelus singulariter nec
viri pluraliter sed omnino angeli dicun
tur per quos non sermo quilibet factus
sed lex ipsa domini data manifestissime
ostenditur. quam certe nullus fidelium
dubitat deum dedisse moysi ad sub

iugandū ꝓplm isrl'. Atꝫ tn̄ angelos datā ita stephanꝰ loquit'. Dura ceruice m̄gt et incircūcisi corde et aurib' vos semꝑ spūi sc̄o restitistis sicut patres vr̄i. Quē ꝓphetarū nō ꝑsecuti sunt patres vr̄i. Et occiderunt eos qui p̄nūciabant de aduētu iusti cuiꝰ vos nūc ꝓditores et interfectores estis. Qui accepistis legē in edictis angeloꝝ nec custodistis. Quid hoc euidentiꝰ: q̄d tanto autoritate robustius. In edictus quidē angeloꝝ illi ꝓplo lex data ē sed dn̄i ihū xp̄i ꝑ eā disponebat et p̄nūciabatur aduentꝰ. Et ipē tanq̄ v̄bum di miro et ineffabili modo erat in angelis in quoꝝ edictis lex ipā dabat'. Vn̄ dicit ī euāgelio Si crederetis moysi crederetis ꝉ m̄. De me enī ille scripsit ꝑ angelos ergo tūc dn̄s loquebat': ꝑ āgelos filius dei · mediator dei et hoīm futurus ex semīe abrahe suū disponebat aduentū ut īueniret a quib' recipet' confitentes reos q̄s lex nō īpleta fecerat transgressores. Vnde et apls ad galathas dicit. Quid ergo lex. Transgressorū grā̄ ꝑposita ē donec veniret semē cui ꝑmiserat · dispoīta ꝑ āgelos ī manu mediatoris hoc ē dispoīta ꝑ angelos ī manu sua. Nō eī natꝰ ē ꝑ condicioēꝫ sed ꝑ potestatē. Ecce dicit aliquē angeloꝝ nō dicit mediatorē · sed ipm̄ dnꝫ ihm̄ xp̄m ī q̄ntū hō fieri dignatꝰ ē: habes ī alio loco Vnꝰ m̄gr dē et vnꝰ mediator di et hoīm hō x̄ ihs. Hinc illud

pascha ī interfectione agni hic illa oīa q̄ de xp̄o venturo ī carne atꝫ passuro sed et resurrecturo ī lege figurarent q̄ data ē ī edictis āgeloꝝ donec veniret semē dispoītū ꝑ āgelos ī manu mediatoris. In quib' āgel' erat vtiqꝫ pat' ꝉ filius et sp̄s sanctꝰ et aliqñ pat' · aliqñ filius · aliqñ sp̄s sanctꝰ aliqñ sine vlla distinctioē ꝑsone dē ꝑ illos figurabat et ī visibilib' et sensibilib' formis appēs ꝑ creaturā carnē suā nō ꝑ sbām suā cui videndē corda mūdant ꝑ h' oīa q̄ ocul' vident et aurib' audiunt. Atꝫ iā satis q̄ntū existimo ꝑ captu meo disputatū et demōstratū ē · q̄d in h' libro susceꝑamꝰ ostendē. Constitutꝫ et ꝓbabilitate rōnis q̄ntū hō ul' potiꝰ q̄ntū ego potui et firmitate autoritatis q̄ntū de scripturis scīs dīna eloq̄a patuerūt q̄d ātiq̄s ꝑrib' nr̄is an̄ incarnatioēꝫ saluatoris cū dē appare dicebat' · voces ille ac sp̄ēs corporales ꝑ angelos f̄ce sūt siū ill' loq̄ntib' vl' agentib' aliq̄d ex ꝑsona dei sicut etiā ꝓphetas solē ostēdimꝰ siue assumētib' ex creata q̄d ipi nō erāt vbi dē figurate demōstraret hoīb'. Ecce dē genꝰ significationū nec ꝓphētas omisisse m̄ltis exēplis docet scripte. Supē igr' iā ut videaꝰ cū et nato ꝑ v̄giēꝫ dnō ī corpali sp̄e sicut colūbā descendēte spū̄ scō visisqꝫ igneis linguis sonitu f̄cō de celo die pēthecostes p'ascēsioēꝫ dn̄i nō ipm̄ di v̄bum ꝑ sbāꝫ

q patri equale atq coeternu e n sps pa tris et filii p sbam qua et ipe vtrisq coequal atq coeternus e sed vtiq creata q illis modis formai et existe potuit corporeis atq mortalib sensib appa rueit. qd m illas demostraoes et has pcetates filii dei et sps sci quiuis p creatura visibilem factas m esit qd ab alio volumie comodi ordiem

Prologus qrti libri

Scienciā celestiū terestriuq rer magni existimare solet genus huanū m q p fecto meliores sunt qui huic scie ponut nosse semetipos. laudabi liorq e anim cui nota e ul infir mitas sua. quā qz ea no pspecta vias sideru scrutat ecia cognitur. aut qui ia cognitas tenet. ignoras ipe qua ingrediat ad salute ac fir mitatem sua. Cui vo ia vigilauit in deu sps sci calore excitatus atq i eius amore cora se viluit ad eumq intrare volens n valens eoq sibi lucente. attendit in se sua q egritu dinē illud mūdicie contempari no posse cognouit fle dulce habet eumq depcari. ut ecia atq ecia misereatur donec exuat tota miseria et depcari cu fiducia ia gratuito pignore. ac cepto p eius vnicu saluatore hois et illuinatore. Hunc ita egente atq dolente scia no inflat qz caritas edi ficat. pposuit enī scie sciaq sciencie pposuit scie infirmitate sua magis q scie mūdi menia fundamita t raz et fastigia celor. i hac apponēdo sciencia. apposuit dolore. dolorem peregrinacois sue ex desiderio patre sue et conditoris eius beati dei sui. In hoc genere hoim i familia xpi tui dne deus meus si inter paupes tuos gemo da mi de pane tuo respode homib. qui no esuriut n sitiunt iusticia sed saciati sunt et abun dant. Saciauit au illos fantasma eorū no veitas tua q repellendo resiliunt et in sua vanitate cadut. Ego certe sencio q multa figmeta pariat cor hoim. et qd e cor meu nisi cor huanū. Sz hoc oro deū cordis mei ut nichil ex eis figm tis pro solido vo eructue i has lit teras sed inde veniat i eas qtqd p me venie potueit vnde michi quiuis piecto a facie oculor. et de longinquo redire conanti p via qua strauit nobis huanitate di uinitatis vnigeniti sui aura vei tatis aspgitur. Quā in tantum licet mutabil haurio i quatum in ea nichil mutabile video nec locis et temporib sicut corpa nec solis temporib et qi locis sicut spūum nror. cogitationes nec solis temporib et nulla ul ymagine locorū sicut qdā nror mē tiū raciocinaciones. Hic igit sese altnanciū certina vborū rethori co constat scemate. e enī figura antipoden

Incipit liber quartus de gra dei qua saluat huma nū genus. Cap pm